



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

**Bonplandia. Zeitschrift fur die gesammte Botanik**

Hannover, C. Rmpler,

<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/5823>

**1860:** <https://www.biodiversitylibrary.org/item/89860>

Page(s): Page 277, Page 278, Page 279, Page 280, Page 281, Page 282, Page 283, Page 284, Page 285

Holding Institution: Missouri Botanical Garden, Peter H. Raven Library

Sponsored by: Missouri Botanical Garden

Generated 25 February 2024 7:14 AM

<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/1674083i00089860.pdf>

This page intentionally left blank.

siwetz durch Spaltung vom Chinovabitter dar gestellt hat.

12) Wenn meine Vermuthung durch die Erfahrung bestätigt werden möchte, dass das Chinovabitter, wenn nicht ausschliesslich, dann doch hauptsächlich, der s. g. tonisch wirkende Bestandtheil der China ist, dann würden die Chininfabrikanten grosse Quantitäten davon für verhältnissmässig niedrige Preise in den Handel bringen können. Denn leicht würde es sein, das sämmtliche Chinovabitter, das in den Tausenden Pfunden Chinarinde vorkommt und mit diesen, nachdem sie zur Chininfabrikation gedient haben, jetzt jährlich weggeworfen wird, zu isoliren, — wenn die Rinde vor oder nach der Chininextraction u. s. w. mit einer schwachen Soda- oder Potassa caustica-Lösung behandelt und dann aus dem so erhaltenen alkalischen Aufgusse das Chinovabitter bereitet würde. Ich wenigstens glaube, dass die Behandlung der Chinarinde mit alkalischem Wasser vor dem Ausziehen des Chinins u. s. w. die Darstellung reinen Chinins vielleicht selbst erleichtern würde.

13) Diese Bestimmung ging aus folgenden Thatsachen hervor: Eine Auflösung von Chinasäure in Wasser, welche davon 0,3 ihres eigenen Gewichts enthielt, und die das specifische Gewicht von 1,1273 hatte, gab, in einer 200 Millimeter langen Röhre beobachtet, eine Rotation nach links von  $31^{\circ}5$  zu erkennen.

### Addenda

#### ad floram Atlantidis, praecipue insularum Canariensium Gorgadumque

auctore

Carolo Bolle.

IV.

### Labiatae.

81. *Ocymum Basilicum*, L.  
*B. anisatum*, Benth., in DC. Prodr. XII,  
p. 33.

*O. lanceolatum*, Schum., Fl. guin. in Act.  
Soc. hafn. IV, p. 42.

HAB. S. Nicolao, in collibus graminosis et  
pascuis terrae inferioris ex. gr. in planicie Campo  
de Taboa; supra aedes Thomas Pires, etiam inter  
dumeta Grewiae corylifoliae, hinc inde copiose,  
semper gregarie crescens. — St. Antão (A. Schmidt).  
— Santiago (Forster, J. D. Hooker).

Floret Septembri et Octobri. Incolis lusitanice  
„Mangericão major“ seu „Alfavaca“ audit.  
— Planta re vera indigena; est enim forma afri-  
cana speciei. Nullibi in Gorgadibus culta, odora-  
tissima. Corolla subvillosa.

82. *O. gratissimum*, L., Sp. pl. p. 832.  
Jacq. Ic. rar. III, p. 495.

HAB. in ins. Brava, ad vias sepesque ple-  
rumque domibus vicinas! — Santiago (Bocandé).  
Floret Novembri.

E Brasilia probabiliter olim immigratum; nunc  
ex toto inquilinum Herba elata, saepe tripedalis.

83. *Lavandula Minutolii*, C. Bolle.  
Sect. Pterostoechas, Ging.

Fruticulosa, caulis erectis superne dense foliatis ramosissimis, ramis fusco-tomentosis, foliis cum ramulis floccoso-tomentosis ex albido pallide virentibus ambitu oblongis pinnatisectis, lobis 8—10 pectinatis approximatis linearibus obtusis margine integro revolutis uninerviis, summo impari obsolete trilobo, pedunculis elongatis aphyllis tomentosis, spicis gracilibus elongatis plerumque ternis, inferioribus duabus a media summa remotiusculis eaque brevioribus saepe pedicellatis pollicaribus, bracteis lanceolatis acutissimis 3—5-nerviis fusco-tomentosis calyce longioribus, inferioribus patentibus, calyce subsessili tubuloso subbilabiato 15-striato coerulescenti-colorato tomentoso intus glabro dentibus brevibus subobtusis apice breviter albido-barbatis inferioribus vel omnibus subfassis, corolla coerulea tubo calyce duplo longiore inferne subtiliter tomentella, stigmate capitato, nuculis laevibus obscure rufo-fuscis.

HAB. in Canariae Magnae collibus apricis,  
quibus Caldera, cui Tirajana nomen, a valle me-  
ridionali Barranco de Fatalga sejungitur, abunde  
et gregarie. Hanc florentem simulac fructiferam  
invenimus legimusque m. Majo 1856. In ima  
valle Guayavre quoque occurrit.

Planta pedalis, vel bipedalis, odore exquisito  
lavandulaceo tota snavolens, a *L. abrotanoide*,  
Lmck. ejusque varietate elegante (*L. elegans*, Desf.)  
jam foliorum pectinatorum forma omnino diversa;  
indumento pallido distinctissima.

Nomen datum est in honorem Illustr. Julii  
de Minutoli, liberi Baronis, Regni Borussici in  
Hispaniis et Lusitania aliquando summo Consule,  
nunc in Persia Legato, qui longiore itinere per  
Fortunatas peracto eximia humanitate animique  
suavitate gratam et diurnam memoriam in insu-  
lis, quas ipse sincero amore fovet, sibi reliquit.  
Opere insigni, quod de illius Archipelagi statu  
hodierno scripsit, celeberrimis inter auctores cana-  
rienses dignissime sese asseruit neque ullo ibidem  
alio famae suae monumento eget; attamen et hoc,  
parvum quidem sed „aere perennius“ e flora insu-  
lae suae praedilectae desumptum, propitius ac-  
cipiat.

84. *L. abrotanoides*, Lmck. Yerba de  
Risco, Canariensium.

Var. γ. rotundata: foliorum laciniis latioribus  
apice obtusissimis rotundatis.

HAB. in Palma, prope los Sauces, ubi m.  
Septembri 1852 adhuc florentem erimus.

Var. δ. albiflora: praeter florum colorem cum  
speciei typo congruens.

HAB. in Teneriffae valle de Jagua, die 23. Februarii 1852 primum nobis obvia.

85. *L. Buchii*, Webb. et Berth. — *L. pinnata* var.  $\gamma$ . *Buchii*, Benth. in DC. Prodr. XII, p. 146. — *Tiña del Negro*, Canariensium.

Foliorum laciniae latiores bracteaeque multo majores hanc primo obtutu a simili quidem sed certe specificie diversa *L. pinnata*, *L. fil.* distinguunt. Flores *L. Buchii* ab Illustr. Bentham purpurei dicuntur, sunt autem constanter violaceo-coerulei.

86. *L. rotundifolia*, Benth., Lab. p. 150 (1836). Spicil. gorg. p. 157. A. Schmidt, Beitr. Capverd. p. 218. — *L. apiifolia*, Chr. Sm. in Tuck. Voy. (nomen aptissimum, primum plantae, sed absque descriptione impositum).

Var.  $\beta$ . *incisa*: tota hirta, foliis inciso-lobatis, lobis plerumque trifidis, infimis saepe remotiusculis patentibus.

HAB. in montibus ins. S. Nicolai, supra viam consulariem „Caminho novo“, raro. Überrima maximaque, foliis parte inferiore subpinnatifidis, in ins. S. Vincentii loco dicto „Maderal“ crescit.

Species typica in altioribus montibus Gorgadum plurimarum obvia. Nihil frequentius in S. Nicolao, ex. gr. prope Caxaço. S. Vicente in Monte Verde, inde a 1000' alt. ad cacumen usque; Maderal et Bellavista, hoc ultimo loco in regione calida ad saxa magis depressa. — St. Antão. — Santiago (Chr. Sm., Bocandé). — Bravae nobis non visa.

Incolis „Alfazema brava“, in ins. S. Antonii: „Gilbão“ audit et cum sanguine Draconis contra hämatoptysin aliasque flores sanguinolentos intus administratur.

Est haec Lavandula perpulchra sed inodora. Locis natura magis campestri ac fere littorali, calidis glabra, glaucomate insigni appetet; in jugis frigidioribus contra, plerumque dense pubescens; hac sub forma frequentior. Nunquam folia, qualia in DC. Prodromo describuntur, basi rotundata, semper ibidem aut angustata aut truncaea conspeximus, itaque formam foliis basi rotundatis pro rarissima habemus.

Floret per totum annum, imo siccissima aestate.

Planta culturam, ut videtur, aegre fert. E seminibus a nobis allatis in horto Schoenebergensi, curante amico Aemilio Bouché, laete propullulavit et jam primo auctumno floruit. Hiberno tempore autem in tepidario, fortasse nimium humido, periit.

Nostra est Lavandula illa inodora („de la Lavande sans odeur“), quam de Gennes, qui primus omnium plantarum peritus, Tournefortii et Fagonii coetaneus eorumque, fortasse amicorum certe non immemor, quum a. 1695 cum classi francogallica Gorgades appulisset, in ins. S. Vincentii detexit.

87. *L. Stoechas*, L. — *Alhucema*, Canariensium.

Var. *albiflora* et *albicome*.

HAB. haec in Teneriffae valle Teguestensi, loco dicto Pedro Alvarez cum vulgari commixta.

Specimina prae caeteris vegeta *L. Stoechas* formam  $\beta$ . *macrostachyam*, Benth. = *L. Pseudo-Stoechas*, Rchb. in Teneriffa constituunt.

88. *L. dentata*, L. — Spicil. gorg. p. 158. A. Schmidt, Beitr. Capverd. p. 217.

Var. *Rendalliana*, C. Bolle. „Romarino“ incolarum; „Lavender“, Anglorum caboverdicorum.

Semipedalis vel pedalis aut paulo elatior, plerumque valde vegeta, sed planta austro-europaea et canariensi certe humilior, ramis novellis pedunculis foliorumque pagina inferiore albo-tomentosis, foliis saepe duplo latioribus, profunde et elegantissime, velut more ceteracino, incisis discoloribus, pedunculo plus minusve elongato, spica subovali, demum cylindrica insigniter comosa, bracteis latissimis.

HAB. in ins. S. Antonii per excelsum jugum Cumbre vocatum, gregarie vastaque spatia obtengens! Bravae in altitudinibus supra Porto do Ancião crescere fertur.

Floret Novembri ad Martium usque aëremque tunc temporis purissimum coelesti quasi fragrantia implet, eujus fratres Rendall, amicissimi, Consulis venerabilis filii, diu in insula S. Antonii morati ac per alta, quae planta incolit, juga equitare consueti, frequenter experti erant neque laudibus, velut rem mirabilem et ex insularum optimis, satiis coram me, antequam ipsa loca et ego adiissem, extollere potuerunt.

Cl. A. Schmidt, quia folia angustiora spicamque brevem dicit, stirpem depauperatam in sicissimis enatam tantum observasse videtur, quem et nos saepe vidimus legimusque. Immerito eum nostram cum var.  $\beta$ . Ging. de Laz. junxisse nos docent ipsissima specimina balearica, in Mayorca a Cambassedes lecta. Planta gorgadensis, quamvis statura deppressa, luxurie plurimarum partium praecellit, ita ut, cum typo comparata, speciem propriam fere simulet. Folia variant  $1\frac{1}{2}$ — $3''$  lata, pedunculi  $1$ — $4\frac{1}{2}''$  spicae  $1\frac{1}{2}$ — $2$  pollices longae.

Habitu varietas *Rendalliana* affinis est *L. santolinaefoliae*, yemenensi (Jaub. Spach, Illustr. pl. orient. IV, p. 111 t. 373), sed haec p. p. foliis angustissimis supra viridibus abunde diversa.

89. *Mentha sylvestris*, L. Maestranto, Canariensium.

Haec *Mentha*, communis ad rivulorum ripas in Canariis occidentalibus, praeter varietates  $\beta$ . *candidantem*, Benth., et  $\gamma$ . *nemorosam*, ejusdem, aliam praebet formam, quam e memoria tantum paucisque itaque verbis describere liceat:

Var. *teydea*, C. Bolle: statura summopere humili, foliis angustis valde acutis.

HAB. haec insignis varietas, cui ulterius studeatur, ut melius innotescat, in regione excelsa summi montis Pico de Teyde ad scaturigines paucas parce inter pumices fluentes. Col de la Montaña de Trigo (Bourgeau!). Floret m. Majo.

90. *M. viridis*, L. In Phytographia Webbio-Berthelotiana praecedentis var.  $\gamma$ . habetur, sed certe optima et diversissima species est, quam ut inter recentiores summi viri Fries et Bentham, ita et ipsi Canarienses incolae bene distinguunt eamque prae ceteris „Yerba buena“, i. e. *Menthha xat' εξοχήν* vocant. Auctóribus citatis e Canaria tantum nota fuerat, ubi a Despréaux collecta.

HAB. autem per Teneriffam quoque, in Barranco de Almacigo secus rivulum! et prope S. Diego del Monte (Bourgeau). Vulgatissima est in aquosis amoena convallis Igueste de S. Andres. Palmae Barranco de las Angustias eam possidet.

Floret m. Augusto. A rusticis insulanis comeditur. „Aux Canaries on met cette plante dans la soupe en assez bonne quantité. Ils sont accoutumés à ce goût aromatique.“ (Bourgeau MSS. in schedulis.)

91. *M. arvensis*, L.  $\delta$ . *rubra*, Benth. *M. rubra*, Sm. *M. sativa*, A. Schmidt, Beitr. Capverd. p. 219. „Ortelāa.“

HAB. S. Nicolao, in scopolis maritimis madidis, ad Agoa dos Anjos orae septentrionalis, nec non secus scaturiginem vallis Ribeira Seca.

Hanc florentem in Gorgadibus neque cl. A. Schmidt neque nos vidimus, tamen de specie non dubitandum. Plane identica est *M. sativa*,  $\beta$ . *glabra*, Webb.-Berth. Phyt. canar. III, p. 61 = *M. sativa*,  $\beta$ . *viridis*, Bourg. Exsicc. canar. No. 1236, quam auctores Phytographiae canariensis ad rivulos prope Chasna nec non alibi in Teneriffa et Palma indicant, ubi autem pro efferratam eam sumunt. Hanc quae vulgo „Hortelana“, vel „Toronjil mulato“, infreenter in Canariis occurrit, nobis tantum ad rivulum Menthis divitem vallis Almacigo et in madidis prope los Sauces, Palmae, visa; utrisque stationibus plane sylvestribus et a cultura remotis, ita ut indigenam speciem libenter crederemus. Folia hujus in Nivaria omnium Mentharum maxima. Raro florere videtur.

92. *M. rotundifolia*, L.

HAB. praeter Nivariam, ubi soli L. de Buch prope Lagunam in arvis collum versus S. Andres obvia fuerat, copiose in Palma, ad urbis aqueductus, praesertim in valle de las Nieves.

Floret, ut in Europa, m. Septembri.

93. *Bystropogon odoratissimus*, C. Bolle.

Fruticosus, ramis robustis decorticantibus, ramulis levissime sericeo-puberulis, foliis petiolatis ellipticis, vel ovatis obtusissimis apice plerumque mucronulatis sensim in petiolum attenuatis integrimis vel leviter sinuatis undique cum petiolo dense brevissimeque puberulis discoloribus subtus glaucis (sub lente minutissime punctatis), cymis oppositis axillaribus pedunculatis abbreviatis (foliis brevioribus) paucifloris (pro ratione congenerum) corymboso-dichotomis valde laxis, cum pedicellis adpresso puberulis, flore in

quaque dichotomia solitario pedicellato, bracteis lanceolato-linearibus subulatis pedicello brevioribus calyce infundibuliformi-campanulato 10-nervio piloso, fauce pilosissima dentibus calycinis elongato-subulatis tubo aequalibus, corollae albae extus pilosiusculae tubo subincluso, labio superiore profunde emarginato, labii inferioris lobis ovatis.

HAB. Teneriffae, in ima valle Tajodio sylvam versus, saepe inter dumeta columnaria Euphorbiae canariensis, ubi die 19 m. Novembris 1851 eum inveni saepeque postea observavi.

Florentem vidi Auctumno ad Novembrem usque.

Frutex altus, 8—10-pedalis, ramis stricte erectis neque, ut similis *B. organifolius*, L'Herit., „fruticulus sesquipedalis“. Odor foliorum nostri tritorum suavissime balsameus, pedunculi et pedicelli non hirsuti, ut in *B. organifolio*; florum copia multo minor, magnitudo major. Calyx  $2\frac{1}{2}$ " longus, eo speciei comparatae duplo major, laciinis minus dense hispido-ciliatis. Foliorum nervi secundarii cum medio angulum acutiorem formare videntur. Folia siccando valde caduca, quod in reliquis *Bystropogontibus* non sunt.

94. *B. Meridiani*, C. Bolle.

Arbor 6—8-pedalis (nec frutex, ut congeneres) . . . . . foliis petiolatis, petiolo dimidium folium circiter aequante vel breviore patentim pubescente, (foliis) oblongis apice acuminatis vel obtusiusculis basi, saepe inaequali, subrotundatis irregulariter et inaequaliter crenatis 1-pollicaribus et longioribus,  $\frac{3}{4}$ " latis glabris subtus secus nervos pilosis laete viridibus lamina inferiore pallidioribus, vix odoris . . . . . floribus minimis subpedicellatis calycibus campanulatis vix lineam longis setoso-hispidis setis patentibus inferne densius positis retrorsis, calycis intus glabri fauce setoso-clausa, laciinis subulatis subreflexis tubo brevioribus, corolla minuta, nuculis globulosis glabrescentibus basi tantum villosulis laete fuscis.

HAB. in Ferro insulae sylvaticis planicie el Golfo impendentibus, ubi Visnea Mocanera nemora constituit. Fructiferum modo vidimus. Seminibus allatis arbusculam elegantem, primum *B. altissimum* a nobis inscriptum, in hortos quosdam introduximus; nunc vero in patriae ejus antiqui geographici honoris memoriam *B. Meridiani* nuncupari malimus.

95. *B. Smithii*, Webb.

Hic rarissimus hucusque tantum pro nivariensi habitus, foliis coriaceis subtus evidenter et crebro punctatis insignis, a cl. Bourgeau etiam in Ferro repertus est.

96. *B. canariensis*, L'Herit.

Binis formis occurrit:

$\alpha$ . *gracilis*: 5—8-pedalis, foliis majoribus oblongis magis in petiolum attenuatis profunde crenatis supra glabrescentibus subtus praecipue secus nervos pilosis, paniculis laxis. — Haec, secundum Phytographiam canariensem speciei typus.

$\beta$ . *hirsutus*: humilis  $1\frac{1}{2}$ —2-pedalis, plurimarum partium hirsutie insignis, foliis minoribus

supra breviter pilosis infra hirtis, paniculis coarctatis brevioribus.

HAB.  $\alpha$ . ad sylvarum lauriferarum margines in Canariis occidentalibus, ex. gr. Teneriffae: Barranco de Badajoz, prope Guimar.

$\beta$ . in altioribus montibus Anagae et ad Aguas-Garcia; item in regione semperfurenti. In Palma transitum inter utrosque observavimus.

Floret B. canariensis m. Martio et Aprili. Folia ambarum varietatum constanter discoloria, supra laete viridia, subtus glaucescentia, ibique saepissime punctulis flavo-resinosis densius in  $\alpha$ , parcius in  $\beta$ . conspersa.

97. *B. serrulatus*, Webb. Berth.

HAB. in Canariae Magnae valle superiore Tenteniguada, rupibus adfixus. Frutex est mediorum, m. Aprili Majoque flores ostendens.

98. *Origano paniculatum*, Koch, Deutschl. Fl. IV, p. 306 (praeter O. virens, Lk. et ejusdem O. megastachyum, in Phytographia O. vulgari, L. velut varietates, nostro sensu minus recte, subjuncta) a cl. vicecomite de Noé, in schedulis, canariensis Flora mancipium dicunt; nullo tamen adjecto loco natali speciali, nulla inventoris auctoritate. Summopere dubium igitur, nonne hortense aliquod speciem pro sylvestri sumptum sit, manetque de vera speciei patria incertitudo.

99. *Thymus hirtus*, Willd., En. hort. Berol. p. 623.

HAB. in Teneriffa (Findlays, sec. Benth. in DC. Prodr. XII, p. 198).

Omissus in Phytographia canariensi. *Thymus hirtus*, Lk., in Buch Canar. p. 143, non ad hunc, sed, quoad plantam nivariensem herbarii Buchiani ad Micromeriam julianoidem, Webb. Berth., quoad maderensem ad M. variam, Benth. spectat. Inquiratur in verae stirpis Willdenowiana locum natalem in insulis. In Madera jugum elatum Paul da Serra incolit (Johnson).

100. *Micromeria Forbesii*, Benth., Lab. p. 376. *Thymus Teneriffae*, Brunn., non Poir.

HAB. in montibus insularum Capitis viridis ad alta cacumina usque. In S. Nicolao, ad montem Gourdo, in saxosis a Forbesio detecta nobisque iisdem locis plurimisque aliis saepe obvia. In St. Antão prope sinum Tarrafal (Vogel) inque montibus vallem Ribeira de Paul claudentibus! Bravae, in cacumine Coroa de Terra, ubi Fountainha dicunt! Santiago (Bocandé).

Floret per totum fere annum.

Var. (extra  $\beta$ . inodoram, A. Schmidt)  $\gamma$ . altitudinum: suffruticosa radice lignosa crassa subsimplici, ramis diffusis rupibus adpressis demum adscendentibus novellis lanato-hirtis incanis, foliis breviter petiolatis ovatis basi rotundatis acutis utrinque cano-hirtis coriaceis valde inter se approximatis quandoque fere imbricatis pellucide punctatis margine subrevolutis integris vel levissime crenulatis, cymis breviter pedunculatis paucifloris folia aequantibus vel brevioribus, bracteolis linearibus subulatis, floribus subsessilibus calycibus

tubulosis incano-hirtis, corolla minuta, quam in M. Forbesii typica breviore, alba intus roseovel lilacino-punctata extus puberula labio inferiore protracto rotundato.

Planta inodora, habitu valde peculiari.

HAB. in ins. S. Antonii jugi excelsi Cumbre rupibus sicciissimis; Novembri florens!

In hac, ut in vera M. Forbesii, foliorum lamina inferior saepe punctulis gummosis aureo-splendentibus conspersa appetat. Est M. Forbesii stirps in herbariis M. Teneriffae quam in vivo similior, minore elegantia, odore autem hujus terebinthinaceo omnino carens.

101. *M. varia*, Benth., Lab. p. 374 (1832—36). *M. thymoides*, W. B., Phyt. canar. III, p. 71. Ic. t. 153. *Satureja thymoides*, Lowe, Primit. mad. p. 19 (1830).

HAB. etiam in insula S. Nicolao (Forbes ex Benth. in DC. Prodr.). Ab auctoribus qui de flora caboverdica scripserunt omissa.

102. *M. Perezii*, C. Bolle.

Sect. *Piperella*, Benth.

Suffruticulosa, circiter pedalis, caulis erectis villosis fuscis gracilibus subquadrangularibus, ramulis albidis tenuibus brevibus, foliis heterophyllis revolutis, caulinis late lanceolatis breviter petiolatis acutis supra glabris nitentibus subtus secus nervos hispidis aureo-punctatis 4—5" longis, 1 $\frac{1}{2}$ " latis, ramulorum foliis multo angustioribus sublinearibus valde revolutis subtus hispidulis, floralibus cymulis cum flore longioribus, cymulis breviter pedicellatis subtrifloris bracteis acicularibus subulatis calycibus duplo brevioribus, calycibus subpedicellatis hispidis dentibus linearibus subulatis tubo triplo brevioribus, corolla intus puberula calyce duplo longiore labio superiore bifido brevi, inferiore dilatato lobis subaequalibus rotundatis.

HAB. in Caldera ins. Palmae, ubi m. Septembri florentem vidimus.

Cl. Victor Perez, M. D., Palmensi, egregio medico Orotavensi, nobis conjunctissimo, sacra et amicitiae nostrae testimonium perpetuum.

103. *M. teydensis*, C. Bolle.

Sect. eadem.

Suffruticulosa erectiuscula ramosissima ramis tenuibus purpurascenti-fuscis pilis patentibus albis hirtis, foliis oblongis brevissime petiolatis obtusiusculis margine revolutis undique pubescentibus subtus resinoso-punctatis oppositis, cymulis ad apicem ramorum in spicas laxas dispositis, foliis floralibus longioribus circiter sex-floris pedunculatis, bracteis linearisubulatis pedunculum communem aequantibus, hirtis, calycibus breviter pedicellatis hirtis campanulatis multistriatis interdum subventricosis dentibus subaequalibus linearis-lanceolatis subulatis tubo calycis triplo brevioribus, corolla calyce duplo longiore nivea, labio superiore integro, inferioris labii lobis rotundatis medio aequalibus, antheris roseis, styli lobis divaricatis.

HAB. gregarie in regione excelsa montis Pico de Teyde et in la Cumbre proxima, unde in pineta supra Igualte descendit.

Floret aestate. Odor subterebinthinaceus. Collitur in horto botanico Berolinensi.

104. *M. Bourgaeana*, Webb in Bourg. Pl. canar. exs. No. 508.

Sect. eadem.

Suffruticosa, undique lanato-hirta albida, caule erectiusculo, ramulis diffusis decumbentibus floriferis erectis, foliis sessilibus linear-lanceolatis apice attenuatis subacutis, inferioribus patulis, superioribus magis approximatis erectiusculis, florum cymulis 3—4-floris pedunculatis foliis longioribus ad apicem ramorum in spicam cylindricam laxam dispositis, calycibus ovato-cylindricis conspicue 2-labiatis labio superiore in 3 dentes breves lanceolatos usque ad 2 partes diviso, inferiore in 2 dentes lanceolatos 2-fido, corollae hirtulae tubo subincluso labio superiore subbreviore lato-obtuso emarginato, inferioris lobis omnibus ovato-rotundatis (de Noé).

HAB. in Canaria Magna in rupestribus loci dicti Arecife, rara (Bourgeau). Affinis est *M. Benthami*, W. B.; differt foliis longioribus, cymulis longe pedunculatis notisque indicatis.

105. *M. densiflora*, Benth. Satureia Teneriffae, Willd. Herb. No. 10705 (ined.; planta in statu juvenili).

Suffruticosa humilis ramosissima tota odore forti terebinthinaceo, caulis adscendentibus gracilibus fuscis numerosis, ramulis brevissime retrorsum pubescentibus e rubro-viridibus, foliis oppositis breviter petiolatis late linearibus acutiusculis basi attenuatis integerrimis margine revolutis subcoriaceis supra nitide viridibus puberulis nervo medio sulcato-immerso subtus prominente piloso, lamina inferiore folii glaucescente, cymulis axillaribus 1—multi-(12-)floris folia aequantibus, in planta adulta plerumque ad ramorum apicem subcapitatum congestis, pedunculis tenuissimis cum pedicellis bracteolis calycibusque puberulis, pedicellis cum bracteolis acicularibus subulatis calyce triplo brevioribus, hoc cylindrico dentibus brevibus subulatis minute ciliatis patentibus, viridi, corolla ampla nivea extus pilosiuscula, calycis dentes labio inferiore tantum excedente (nec multo), labio superiore apice bifido, inferiore tripartito lobis rotundatis aequalibus, filamentis cum antheris niveis.

HAB. in rupibus Barranco de la Laja, Gomerae, abunde! Septembri 1856 florida et fructifera. Sine ullo dubio etiam in Teneriffae vallis occidentalibus latet, quum a Broussonetio, qui Gomeram non adiit, Willdenowio missa esset.

Species inde a Broussonetii tempore nemini in natura visa neque locus natalis hucusque cognitus erat. Caulis non erectus sed caespitose decumbens demum adscendens, flores albi, nec rosei; caetera in descriptione cl. Benthami congruunt, congruitque Phytographiae canariensis Icon t. 163.

Planta junior, in horto botanico Berolinensi seminibus a nobis e Gomera allatis enata, ab adulta habitu longe differebat, ita ut duae videarentur Micromeriae. Minime enim gerit cymulas

multifloras ad apicem ramulorum capitatum congestas, sed, comosa, eas in axillis foliorum superiorum nec summorum oppositas plerumque 1—3-floras folioque dimidio breviores ostendit.

106. *M. julianoides*, Webb. Berth.

Var. *palmensis*: erecta, verticillastris sessilibus.

HAB. in summi jugi la Cumbre de la Palma rupibus crateri ingenti primaevi la Caldera supereminentibus. Floret Julio ad Septembrem.

Quum planta nostra palmensis a Webbiana pluribus notis discrepet et fortasse speciem constituat, diagnosin ejus ampliorem, ut melius in futuro ei studeri possit, addimus.

Suffruticosa erecta 2—4-pollicaris, ramis tenuibus pallide cimamomeis inferioribus nudis, novelis pilis albidis patulis hispido-villosis, foliis oppositis, vel plerisque verticillatis sessilibus lanceo-lato-linearibus basi subattenuatis obtusiusculis margine integerrimo revolutis undique hispidulo-villosis pallide viridibus brevibus ( $1\frac{1}{2}$ — $2''$  longis, vix  $\frac{1}{2}''$  latis), internodiis plerumque  $3''$  longis brevioribus, verticillastris multifloris ad ramulorum apices subapproximatis spicaeformibus, floribus sessilibus, calycibus foliis aequalibus, vel brevioribus striatis oblongis hispidulis intus glabris, viridibus apice purpureis, fructiferis stramineis, dentibus calycinis subaequalibus profunde divisis acutis, corolla minuta (vix linea e calyce exserta) lilacina, tubo subincluso, labiis rotundatis brevibus, superiore emarginato, inferiore paulo longiore lobis obtusissimis, nuculis minutis glabris pallide fuscis.

107. *M. lepida*, Webb. Berth.

HAB. in rupibus apricis Risquete dictis, in Gomera centrali supra Hermigua in mediis sylvis primaevi sitis. Locus specialis in Phytographia canariensi non indicatus erat.

Nuculi sunt oblongi, subtriquetri, undique attenuati, glabri, laete luteo-fusci, dimidiata lineam longi.

108. *M. helianthemifolia*, Webb. Berth.

Hujus Micromeriae rarissimae omniumque canariensis longe formosissimae ac maxime grandiflorae stationibus paucis hucusque cognitis addatur! Barranco de Fatalga Canariae meridionalis.

Floret Majo. Odor plantae citri fere, fortis ac suavissimus.

109. *Melissa officinalis*, L. Sp. pl. p. 827.

HAB. in Teneriffae umbrosis prope S. Diego del Monte (Bourg., Pl. exs. Canar. No. 624.) Gran Canaria. (Herbarium Webb.)

Floret Februario. — Hanc Forster solus (Pl. atlant. No. 92) in Madera sylvestrem carpsisse videtur. Ex cl. Watsoni auctoritate etiam in ins. azorica Flores, sed incerto num indigena, invenitur.

110. *Nepeta Teydea*, Webb. Berth.

Loci natalibus paucis hujus speciei summopere rarae adnumerandae sunt pylae el Paso de Ucanca, quibus Chasnensis via montes cyclicos teydenses

transgreditur. Hic una cum Arabi albida, Stev. magna copia crescit.

Floret Junio.

111. *Salvia Bolleana*, de Noé in schedulis.

S. Broussoneti, C. Bolle in litteris ad cl. Seemann et in hortis Berthelotiano et Regio botanico Berolinensi, non Benth.

Suffruticosa, 1—2-pedalis apice paniculataramosa subviscosa-hirsuta, foliis petiolatis erosiusculis pannosis ample ovatis obtusis sinuato-dentatis basi cordatis supra molliter hirsutis, subtus reticulato-venosis et inter venas niveo-tomentosis, superioribus minoribus breviusque petiolatis late ovatis acuminatis dentato-serratis, floralibus submembranaceis ovatis acuminatis apice spinosis longe ciliatis persistentibus calyce subbrevioribus villosis, calycis campanulati-villosi labio superiore 3-dentato, dente medio minimo, lateralibus et dentibus labii inferioris spinescentibus, corollis calyce subduplo longioribus tubo calycem aequante sub fauce ventricoso, labio superiore falcato-compresso (de Noé).

Diffrerit secundum cl. nomendatorem a S. Broussoneti, Benth., cui similis et pro qua primum eum sumpsimus, florum paniculis gracilioribus, villoso-ribus, bracteis calycinis ovatis, acutis vel deltoideis, membranaceis, corollae labio inferioris lobo medio profunde emarginato.

HAB. in Teneriffae rupestribus calidioribus praesertim maritimis, primum inter Taganana et convallem parvam de las Bodegas mihi obvia (Decembri 1851), ubi comite cl. J. D. Dugour adhuc floridam legi. Inveni florentem mensibus Februario et Julio 1852 in valle Igreste de S. Andres, locis duobus, quorum alter in adverso montis Atalaya, semper rarissimam. Locum natalem retro Taganana a. 1856 iterum vidi plantaeque, juxta semitam superiorem, in exiguo spatio copiam non parvam reperi.

*Salvia Broussonetii*, Willd., Herb. No. 587 (S. Broussoneti, Benth.) nostrae valde affinis, non est planta canariensis, sed Mauritania tingitana patria l. c. inscripta. Sequatur hic diagnosis prima Willdenowiana inedita:

S. (Broussonetii) foliis cordatis, repando-crenatis, subtus tomentosis, calycibus pedunculisque piloso-viscosis.

Huic in Phytographia canariensi corolla coerulea attribuitur; quae in S. Bolleana alba, major, labio superiore fortius falcato. Caeterum nostra valde viscosa, calycem resina aureo-punctatum, semina atra gerit.

112. *S. canariensis*, L., Sp. pl. p. 38.

Praeter communem duas exhibet formas praeclaras, indescriptas:

a. candidissima: ramis densissime albo-lanatis floccosis foliis late triangularibus hastatis undique tomento albo floccosis, subtus candidissimis, floralibus splendide violaceo-purpureis, calycibus punctis gummosis aureis dense conspersis.

HAB. copiosissime in vallis calidis Canariae

Magnae meridionalis, praecipue in Barranco de Fatalga, cuius declivia dense vestit miroque modo condecorat.

β. *albiflora*: ramis junioribus lanatis, foliis breviter petiolatis elongatis linearibus vel sublanceolatis basi hastatis apice obtusiusculis rugosis tomentosis supra viridibus secus nervum medium densius tomentosis, subtus albo-lanatis reticulatis punctis rubris gummosis dense conspersis, inflorescentia arcte racemosa, racemis ramosis abbreviatis breviter hispido-pilosus, foliis floralibus late ovatis subacutis viridibus hispidulis vel glabrescentibus hispido-ciliatis cum calycibus sanguineo-punctatis, his hispidulis incurvo-campanulatis labio superiore trilobo lobis muticis inferiore multo breviore bifido lobis mucronulatis, toto calyce membranaceo-reticulato-venoso, corolla alba parte exserta calycis longitudine, galea falcata extus hispido-pilosa.

HAB. in Teneriffa, ad basin collis olim ignivomi Montaña de Zofra. In horto botanico Berolinensi culta per plures annos hucusque immutata mansit ac propriae fere speciei habitum quendam servavit.

Calyces interdum subcolorati. Punctulos gummhosos sanguineos tanta abundantia gignit haec varietas nostra albiflora, ut in ipsa corolla saepe copiose reperiantur.

Floret S. canariensis, cum formis citatis vere praecipue Majo, locis altioribus ad Junium usque. Plantam typicam in Fuertaventura quoque ad vulcani extinti Caldera negra pedem legimus. In Canaria Magna ita copiosissime crescit, ut ad furnos calefaciendos frutices inserviant.

113. *Salvia triloba*, L. fil., Suppl. p. 88.

Frequenter colitur in hortis canariensis et in eorum proximitate hinc inde subsppontanea occurrit. Iisdem usis, quam S. officinalis, L. in Germania, adhibetur.

114. Viera in inedito suo „Diccionario de historia natural de las Canarias“ duas *Salviae* species botanicis, ut videtur, incognitas narrat: altera „*Salvia salvaje* que se cria en los Campos de Tijarafe en la Palma y parece la *Salvia Etiopis de Linneo*“ (?): folia magna, crassa, ovalia, sublanuginosa, inferiora longe petiolata dicuntur, ejusque flores cinnamomei longas spicas formare, quarum calyces valde lanuginosi 5 spinas in circuitu gerunt bracteisque aristatis cinguntur; altera item palmensis „*Salvia salve*“ vocatur, altitudinem trium palmarum attingit foliaque habet parva et flores longe spicatas.

115. *S. pseudo-coccinea*, DC.

HAB. culta et subsppontanea in ambulacro publico la Alameda urbis Palmarum in Canaria Magna. Prope Funchal, Maderae caput, hinc inde eodem modo crescens occurrit.

116. *Lamium incisum*, Willd., Sp. pl. III, p. 89. *Lamium hybridum*, Vill., Delph. I, p. 251.

HAB. in Teneriffae arvis prope Matanzas. (Bourg. Pl. canar. exs. sec. it. 1855. No. 902.)

117. *Stachys arenaria*, Vahl, Webb. Berth., Phyt. canar. III, p. 97, deleatur e flora canariensi, quum, teste Cavanillesio, prope Mogadore a Broussonetio neque in septem insulis lecta sit. Phytographiae optimae fide unici speciminis herbarii Webbiani, manu Fontanesii canariensi patria, sine dubio errore, inscripti inserta fuerat.

118. *S. germanica*, L., Sp. pl. p. 812. *S. polystachya*, Ten., Nap. II, p. 23 t. 53.

HAB. in Teneriffae, quam maxime borealis convalle el Sabinal. Floret Junio et Julio. Planta hic bipedalis et ultra, robustissima.

119. *Sideritis marmorea*, C. Bolle.

Sect. Marrubiastrum, Benth. Genus: *Leucophae*, Webb.

Fruticulus 1—2-pedalis, ramis tortuosis etiam superioribus lignosis albido-lanatis, junioribus cum foliorum pagina inferiore compacte candido-pannosa, foliis ovatis basi cordatis crenulatis crassissimis, petiolo duplo triplove longioribus 9—10" longis, 5—6" latis, supra viridescentibus subtus candidissimis spicis circiter 4—6-verticillatis, verticillastris approximatis bifoliatis (infimis foliis floralibus breviter petiolatis) paucifloris, floribus subpedicellatis, calyce ovato-campanulato ampio densissime lanato 2" longo dentibus triangularibus brevibus intus tomentosis, corolla longius (2") e calyce exserta extus pubescente apicem versus inflata antice quasi truncata, flavescenti-albida, labiis brevissimis ustulato-fuscis, superiore integro, inferiore trilobo lobo medio quadrato toto fusco, genitalibus inclusis, ovariis laevibus nitidis filamentis barbatis, antheris luteis, stylo glabro albido apice leviter bifido.

HAB. in Gomerae valle Barranco Seco, rupibus adnata. In horto botanico Berolinensi m. Junio 1860 floruit.

Foliorum plantae, praecipue sylvestris, firmissima textura. Spica circiter 4-pollicaris. Flos 4" longus.

120. *S. Dendro-Chahorra*, C. Bolle. "Chahorra" Canariensium, ut affines, qui et "Salvia blanca" vulgo dicuntur. *Leucophae Massoniana*, Webb. Berth. ex parte.

Arbuscula 3—4-pedalis, trunco simplici, cortice rimoso fusco-flavescente, ramis cacumen regulare horizontaliter expansum formantibus, novellis gracilibus tomento brevi fimo albido tectis, partium superiorum (praesertim foliorum paginae inferioris et inflorescentiae) tomento flavescente, foliis petiolatis angustis sublanceolatis petiolo duplo longioribus valde obtusis apicem versus vix attenuatis basi angustatis, integerrimis disoloribus supra viridibus stellatum pilosis, subtus tomentosissimis, spicis elongatis laxissimis circiter 9-pollicaribus, verticillastris circiter 10 bifoliatis (foliis floralibus subspathulatis oppositis) 10—15-floris, floribus brevissime pedicellatis, calycis flavescenti-lanati pannosi dentibus inermibus obtusiusculis, corolla calyce longiore extus puberula intus glabra cum tubo subincurvo pallidissime ci-

trina, virginea concolore, dein limbo flavescenti-brunneo, labio superiore erecto plus minusve profunde bilobo lobis acutis, inferiore labio trilobo lobo medio multo majore saepe apice crenato aliquantulum reflexo, lateralibus parvis acutuseculis, genitalibus inclusis, filamentis albidis barbatis, antheris luteis, stylo albido laevi apice bifido staminibus sublongiore.

HAB. in Teneriffa septentrionali hinc inde in collibus copiose, ad littoralia saxa interdum descendens: Bajamar. La Mesa de Tejina. Inter Taganana et Valle de las Palmas, praesertim ad hujus ostia maritima, magna copia. Bufadero et in jugo inter hunc et Valle Seco. Barranco del Drago.

Floret Martio ad Majum.

Folia 1 $\frac{1}{2}$ " longa, 4" lata, petiolus 9" canticiter longus. Flos totus 4", calyx 3" longus. Odor plantae levis.

Hanc elegantem arbusculam, nunc in horto botanico Berolinensi quotannis florentem, autores Phytographiae canariensis cum alia specie affini sub *Leucophae Massoniana* nomine in unum confuderunt. Icon in t. 170 datum ad nostram Dendro-Chahoram spectat. Altera, scriptoribus citatis et cl. Bentham e sola Madera cognita, quam Masson olim detexit et cui nomen primo in honorem inventoris datum manet, est

121. *S. Massoniana*, Benth., Lab. p. 373. Webb. Berth. ex parte.

HAB. inter Archipelagi canariensis fines in solius Fuertaventurae monte altissimo Handiensi Pico de la Zarza, ubi m. Aprili floret.

Statura vix 1-pedali, caule lignoso brevissimo, caeteris partibus herbaceis foliis multo latioribus rotundato-ovatis, toto denique tomento minime flavescenti jam primo obtuitu distinguitur. Specimina fuertaventurensia cum portusanctano a cl. Webbi lecto omnino convenient et plantam canariensem ad var.  $\beta$ . *crassifoliam*, Lowe pertinere demonstrant.

122. *S. macrostachya*, Webb. Berth. = *S. discolor*, Willd. Herb. No. 10773 ined. (e Canariis, Riedlé).

123. *S. discolor*.

Sect. Marrubiastrum, Benth.

Suffruticosa strieta bipedalis, caule ramoso, ramis oppositis erectis tomento denso luteo-albo pannosis, foliis longe petiolatis, petiolo albo-lanato folio breviore, (foliis) ovato-lanceolatis subacutis basi rotundato-cordatis saepe inaequilateris margine grosse serratis dense velutino-hirtis viridibus subtus albo-lanatis nervis candidioribus, spicis subconicis circiter bipollicularibus, verticillastris dense confertis multifloris, calycis tomentosi lutescentis dentibus 10-spinoso-aristatis, corolla calyce duplo longiore extus pilosissima flavescente, labio superiore rotundato integro, inferiore 3-lobo.

*S. discolor*, Webb in Bourgeau Pl. canar. exs. No. 919. Nomen sine descriptione.

HAB. in Canaria Magna ad sylvam Doramas

in convalle Barranco negro, ubi Bourgeau eam  
a. 1846 detexit.

Floret Martio et Aprili.

124. *S. infernalis*, C. Bolle.

Sect. ut praecedens.

Suffruticosa; caule fusco circiter pennam anatinam crasso, ramis novellis tomentoso-albidis lana patente laxissima cum petiolis indutis, his patentibus foliis brevioribus circiter pollicaribus, foliis ovali-lanceolatis subobtusis basi rotundato-cordatis margine grosse et obtusissime crenatis  $1\frac{1}{2}$ " longis, pollicem fere latis pannosis ex albido viridibus, subtus niveis laxe et densissime lanatis, spicis . . . .

HAB. in Teneriffae meridionalis Barranco del Infierno prope Adeje. Die 2 m. Julii a. 1846 sine flore fructuue a cl. Bourgeau inventa; nobis ex uno illius specimine in herb. Webbiano servato modo nota. Species tanto a congeneribus distincta, ut in statu imperfecto pro tali eam agnoscas. Nomen simul a valle profundissima et horrenda, ubi crescit, et a patria datum, quae sub finem medii aevi nautis, teste Cadamosto aliisque, „Isola dell' Inferno“ italicico sermone sonabat.

125. *S. gomeraea*.

Sect. II. *Empedoclea*, Benth. (quamvis flores breviter pedicellati, nec sessiles).

Fruticulus 1—2-pedalis, truncō robusto tortuoso, cortice rugosissimo nigricante, humili, ramis horizontaliter expansis adscendentibus junioribus tomentosis, valde foliosis, foliis longe petiolatis oblongo-ovatis apice attenuatis basi subcordatis margine grosse crenatis lanugine alba cum petiolis undique pannosis, supra viridibus, subtus villosioribus undique reticulatum venosis rugosis, caulinis floriferis elongatis erectis villosissimis pilis crispis albidis brevioribus glandulosis subviscosis, foliis caulinis breviter petiolatis vel sessilibus oppositis oblongis basi subattenuatis undique villosis subtus candidioribus margine leviter obtuse crenulatis, foliis floralibus, in quo verticillastro binis oppositis sessilibus latissime cordiformibus basi attenuatis apice acutissimis undique glanduloso-villosis supra viridibus subtus pallidis nervis 5—6 validis prominentibus, spica robusta ante anthesin completam apice comosa, verticillastris numerosis (12 et pluribus) floribus dense positis, pedicellatis (pedicello circiter lineam longo), calyce tubuloso-campanulato 10-striato glandulosovalloso viridi intus hirsuto, laciniis late lanceolatis apice breviter et acutissime subspinescentibus extus carinatis, corolla calyce duplo longiore tubo recto extus puberulo ex albido-flavescenti ostio sordide purpurascente, labiis brevissimis, superiore retrorsum flexo, inferiore paulo longiore 3-partito lobo medio late rotundato integro obtuso, vel emarginato, lateralibus subtriangularibus reflexis, staminibus tubo inclusis, filamentis albidis, antheris bilocularibus pallide flavis, stylo brevi glaberrimo albido apice leviter hastato-bifido, nuculis ovalibus laevibus nigris.

*Sideritis gomeraea*, de Noé in Bourg. Pl. canar.

exs. No. 60 (nomen absque descriptione, quam primum hic damus). Caulis florifer superne saepe rubens. Folia bipinnicaria, pollicem lata; crenulae foliorum novellorum sub lana conditae. — Planta olorosa, aromate peculiari, forti, non ex toto ingrato praedita.

HAB. in Gomerae rupibus elatis asperis: Degollada de S. Sebastian! nec non in montibus vallem del Gran-Rey claudentibus, abunde!

Floret Aprili et Majo; in horto botanico Be-rolinensi ad Junium usque.

126. *Marrubium vulgare*, L. Marrubio, Nivariensium.

Planta canariensis, in campis et ad vias omnium insularum, etiam Fuertaventurae, vulgatior ad varietatem *B. lanatam*, Benth., caule foliisque candidissimis, quae forma meridionalis est, pertinet.

127. *Leonurus sibiricus*, L., Sp. pl. p. 818. Hook., Nig. Fl. p. 489. Rehb., Ic. bot. IV, t. 337. Sw., Brit. Fl. gard. III, t. 204.

HAB. in cultis et ad vias convallis Ribeira brava ins. S. Nicolai.

128. *Teucrium heterophyllum*, L'Herit., Stirp. rar. p. 84. *T. canariense*, Lmek., Encycl. II, p. 692. *Poliodendron heterophyllum*, Webb.-Berth., Phyt. canar. III, p. 107. *Salvia de la India*, Canariensium.

Specimina canariensia villosiora, quam made-rensia esse a cl. Benthon dicuntur; nobis planta magis septentrionalis incognita, attamen canariensem constanter brevissime velutinam, tomento albo nunc paulo flavescente, nunc coerulecente conspeximus. Calyces quidem lati brevesque, ad summum 2", neque 3— $3\frac{1}{2}$ " longi, ut in Madera gigni traduntur. Corolla pulcherrime scarlatina.

Nullibi *T. heterophyllum*, ex elegantissimis regionis macaronesiacae fruticibus, copiosius ma-joreque statura altitudine vidimus, quam in jugo arduo valles nivarienses Jagua et Barranco del Bufadero segregante, ubi sylvulam pulcherri-mam efficit. In Canaria stirpem in valle Hayagabre supra Maspalomas; Palmae in Barranco de la Herradura observavimus.

Floret m. Februario.

129. *T. fruticans*, L. deleatur e floria canariensis catalogo. Specimen enim herbarii Buchiani No. 142, manu Buchii „Didyma ignota“ inscriptum, posteaque a Linkio velut *T. fruticans* determinatum, prope Taganana sylvam versus re-pertum, nil est nisi *Bystropogonis* cuiusdam, probabiliter odoratissimi nostri, ramus pessimus absque floribus collectus.

### Verbenaceae.

130. *Verbena bonariensis*, L., Sp. pl. p. 28.

HAB. subsppontanea in Teneriffae Barranco del Bufadero; prope Villa de la Orotava aliisque locis. Abunde et nunc ex toto sylvestris in Go-merae valle Hermigua ad rivulum et secus vias

in pinguibus humidiusculis occurrit, eamque Bourgeau in ejusdem insulae Barranco del Mocanal prope Agulo vidit.

Floret per totum fere annum, a vere ad auctumnum hyememque: Adhuc in hortis florum curiosorum in insulis plantatur adestque ex. gr. in la Alameda de S. Cruz de Tenerife nec non in horto botanico Orotavensi, e quo procul dubio olim egressa fuit.

131. *Zappania nodiflora*, Juss. Z. repens, Bertol. Amoen. ital. p. 73.

HAB. non solum in Canaria, unde *Photographiae canariensi* unice nota, sed in Teneriffa quoque non infrequens ad rivulorum ripas graminosas in Barranco del Bufadero, valle S. Andres, valle de las Bodegas retro Taganana; in Gomera in Barranco de S. Sebastian et de la Laja.

Floret per anni majus curriculum, etiam medio hyeme.

## Die Formationen immergrüner Ericineen in den nördlichen Kalkalpen.

Von Dr. A. Kerner.

(Fortsetzung.)

### II.

Dichter buschiger Wuchs, holziges sprödes Gezweige, immergrünes starres Laub und zahlreiche, lebhaft gefärbte Blüthen sind die Züge, durch welche sich in physiognomischer Beziehung alle Ericineen auszeichnen. Das steife, im schwächeren Windhaube nicht bewegliche und im stärkeren Luftstrom gleich dem Nadelholze rauschende dunkelgrüne Blatt- und Astwerk verleiht den aus ihnen gebildeten Gruppen eine gewisse Starrheit, die namentlich bei jenen Formationen, deren tonangebende Arten mit kleinen schuppenförmigen oder schmalen nadelförmigen Blättern bekleidet sind, scharf hervortritt, während die Formationen breitblättriger Ericineen, wie z. B. jene der Alpenrosen, wenngleich auch ihnen ein gewisses steifes Wesen nicht fremd ist, in ihren Massenverbindungen weichere mehr gerundete Conturen besitzen. Wenn die letzteren manchmal lebhaft an die Myrthenform erinnern, so ist anderseits ein gemeinschaftlicher physiognomischer Zug der durch nadelförmige oder schuppige Blätter ausgezeichneten Eriken mit der Form der Nadelhölzer nicht zu verkennen. Es ist diese Eigenthümlichkeit von um so grösserer Bedeutung, als die Formationen der Ericineen sich auch fast gleichweit mit den Formationen der Nadelhölzer ausgebreitet finden, als beide häufig mit einander abwechseln, sich sogar häufig durchdringen und zu einem Schichtencomplex mit einander verbinden. Beide sind, wie bereits früher erwähnt wurde, insbesondere in den feuchten Küsten- und Gebirgslandschaften entwickelt und

bilden einen scharfen Gegensatz zu den niederen aus Zwergmandeln, Spirstauden und anderen Rosenblütlern gebildeten sommergrünen Buschformationen der baumlosen trockenen continentalen Steppenlandschaften. Den im Südosten Europas entwickelten Steppengebieten fehlen daher auch Ericineenformationen gänzlich, während das westliche und mittlere Europa in jeder der drei Zonen, in die es sich in pflanzengeographischer Beziehung gliedert, nämlich in der baltischen, der alpinen und der mittelmeerischen, durch das Vorkommen gewisser Ericineen-Formationen ausgezeichnet ist.

Von der Höhe jenes Bergwaldes, der die baltische Niederung nach Süden begrenzt, bis hinab zu den Gestaden der Ostsee und noch weiterhin nach Nord und Ost bis in die frostigen Reviere Lapplands und in die Waldlandschaften des nördlichen und mittleren Russland spielt unter den Ericineen das Besenheidekraut (*Erica vulgaris*) eine hervorragende Rolle in der Physiognomie der Vegetationsdecke. Erst am Rande des Steppengebietes ist dessen Verbreitungsbezirk plötzlich abgeschnitten und schon in den östlichen continentalen siebenbürgischen Karpathen erscheint dasselbe nur mehr an vereinzelten Standorten in schattenreichen feuchten Thalschluchten oder auf den Torfmooren des Gebirges. — Südlich der Alpen in den mittelmeerischen Landschaften, wo immergrüne Gebüsche die Küsten umgürten, „wo die Myrthe still und hoch der Lorbeer steht“ ist dasselbe durch das baumförmige Heidekraut (*Erica arborea*) ersetzt. Als ein mannshohes reichästiges Gebusch mit hundert kleinen röthlichweissen Blüthenglöckchen an den schlanken Zweigen geschmückt überkleidet dieses ähnlich dem nordischen Besenheidekraut weite Strecken und bildet mit einigen rothblühenden niederen Eriken, mit rothbeerigem Wachholder, mit buschigen Myrthen, Rosmarin- und Lavendelgebüschen oder mit grossblüthigen Zistrosen verbunden, eine ebenso reizende als eigenthümliche Pflanzenformation.

Stellen diese zwei Erikenformationen in Form und Verbreitung gewissermaassen zwei Gegensätze dar, so erscheint die in den Alpen aus dem Alpenheidekraute (*Erica carnea*) gebildete Formation als ein Mittelglied, welches sich zwischen beide hineinschiebt und dessen Verbreitungsbezirk nordwärts in jenen des Besenheidekrautes, südwärts in jenen des baumförmigen Heidekrautes vielfach übergreift. — In den nördlichen Kalkalpen erscheint das Alpenheidekraut von den Algäuer Alpen angefangen ostwärts durch die ganze Kette bis an das Wiener Becken verbreitet; kaum aber dürfte dasselbe irgendwo als so charakteristisches Element der Vegetationsdecke erscheinen, wie in dem östlichen Theile dieses Alpenzuges. In dem ganzen Gürtel von 1—4000 Fuss hohen Kalkbergen, der durch Querhäuser vielfach unterbrochen, den